

Scheurl, Christoph

Epistola D. Schewrli ad Charitatem Pirchameram

Landishutum [ca. 1514]

Res/4 A.gr.b. 329#Beibd.2

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00007147-3

VD16 S 2784

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Daten systemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

2
Eula D. Scherzli
ad Charitatem Pirchameram.

Carmen Conradi Celtis ad eandem.
Epistola Pilati ad Tyberium Cesarem.
Epistola Lentuli ad Tyberium Cesarem.
Epistola Abgari ad Iesum Saluatorem.
Epistola responsiva ad Abgarum.

Utilitates Rime.

Exemplum Enee Silvij de vendente missam.
Utilitates orationis pro defunctis.
Exemplum pulchrum quod contigit Bononie.
Sequentia Dies ire.
Carmen ad diuum Christophorum.

Joannes Weyssenburger.
Impressit. Landshut.



**Ad Charitatem de familia Pirckha-
mer Sanctimonialem ordinis sancte
Clare Norinberge professam Conra-
di Celtis. Carmen.**

Virgo Romano bñdocta lingua
Virginū clarū iubar et corona
Hoc meū parū rogo fronte leta

Suscipe donum

Quo tue laudes patrie videbis
Et leges quanto niteat decore
Qualis et sancti fuerit beata

Vita Sebaldi

O soror nostris merito camenis
Digna: z eterno mihi victa amore
Charitas lingua mihi dās latina

Candida verba

Teutonis rarū decus es sub oris
Virgo Romanis similis puellis
Quas vñ hispanijs tenuit vñ olim

Gallia claustris

Docta tu doctū sequeris parentes
Qui fuit Legū Canonū et peritus
Presulum charus ducibusq; nris

Sepe patronus

Docta tu fratrē Vilibaldū in vrbe
Norica doctum sequeris pudica
Greca qui claro ingenioq; miscet

Scripta latinis

Mauper in diros cecidi latrones
Aurū et argentū mihi q̄ auferebāt
Et dabant nostro truculenta seui

Verbera tergo

Dulce solamen mihi epistola mor
Virgo reddebas varijs medelis
Que mihi tristes pepulere et acres

Mente dolores

Hinc tibi grates meritas rependo
Virgo Germane decus om̄e terre
Charitas nostro recolanda semp

Pectore virgo

Tuis sanctis et sororū tuarū
orationibus me cōmendo

Christo optimo maximo.

¶ Ad Reuerendam et Eruditam matrem Charitatem Pirchameram Auremberg. Cenobij diue Clare Abbatem Christophori Scherwli/ Studij Bononiensis Sindici Epistola.

¶ Sixtum Tucherū hominē libzati iudicij et Iuriū interptem acutissimum/ dicere solitum accepimus reuerenda mater Se in omni vita duos potissimū viros vidisse/ qui claritudine nataliū et disciplinarum splendore illustrarent in quis et nature dotes et fortune bona cumulatim congesta essent. Joannem Picum Mirandulanum comitem cōcordie/ et Joannem camerariū Walburgiū/ Dantionū antistitem. Idūc germanicū illum Italicum. Et me hercules recte ille quidem vt cetera omnia. Nostris em̄ tpius tam rarenter bona mens bonaq; fortuna: ex quibus duobus clarissimi Philosophie cōditores humanā felicitatē metiunt: copulant: q̄ frequenter glacie media nascuntur viole: de niuibz rose: de pruinis lilia. Ego vero qui doctorem Sixtū emulandum mihi pposui: et illius vestigia adoro: dicere audeo: me hucusq; duas tm̄ matronas nouisse/ ab ingenio et fortuna dotatas: litteris et opibz cōspicuas: pudicia et forma/ quibus alioquin magnū inter se est bellum/ ornatas: quas facile cum Leij et hortensij filiabus et Cornelia grachorum matre conferre possis. Cassandram scilicet fidelem venetam. et Charitatem Pirchameram Auremberg. Nam vt illam in presenti silentio preteream: vtpote suis et doctorum monumētis satis superq; celebratam. Tu ex familia Pirchamera orta apud Aurembergenses antiq; patricia/ famigerata Inqua/ sicut anno ab hinc quinquagesimo floruit Thomas Iuris Pontificij Licenciatus et sancti. Laurētij ppositus. Et post eum Joannes auus et Joannes pater tuus/ ambo diuini et humani iuris doctores p̄sultissimi. Ita in p̄senti eminet et tanq; luna inter minores stellas splēdescit Dilibaldus humanissimus frater tuus pariter iuris peritus: vir grece/ et latine vebementer eruditus. Et belli et pace clarus/ optimus/ orator/ optimus senator/ optimus imperator. Omnes vero Pirchameri viri boni/ spectabiles/ improborū inimici et clarissimi iurecōsulti. Nam sicut ipsum ius nostrū ciuile cum sceuolis nasci videbatur. vnde etiam cognominatum est sceuolarū disciplina. Ita dici potest

A ij

familiæ tue peculiare et quodammodo hereditarium. Verum tu fami-
liari splendore minime contenta / quum videres pulchritudinem
aut tempore euanescere / aut infirmitate recedere. Voluptatē escam
malorum potentiam libidinū ministrā : diuicias magis nequie
quā probitatis suppellectilem. Et in summa omnia hec externa bo-
na fragilia caduca et possidentium magis esse quā cuiusquē : vt in thalā-
ri ludo huc atque illuc transeuntia : iudicasti solam virtutem et vi-
uenti et mortuo stabilem esse et firmam possessionē : cetera omnia pre-
ter quod regnare est / seruire deo / quandā vanitatem / immo vani-
tatem vanitatum. Contulisti te exemplo maiorū tuorum ad bonas
litteras : voluisti pro lana librū / pro fusco calamū / stilum pro acu tracta-
re : donec supra ingenij muliebris captum ad tū litterarū fastigiū
peruenisti / vt epistolas scribas / et orationes componas / subtiles
elegantēs latinas eruditas / et quanquā virginali quadā gracia dula-
cissimas. tū etiā mira sententiarum grauitate refertas. Ceterū quum
doctrina et religio nodo pulcherrimo inter se copulentur consotien-
turque tanquā bene cōueniant : quā bene gemma auro clauditur : et rose
lilijs conteruntur : vitam tuā a puero religioni diue Clare addixisti
in cuius cenobio / quum probitatis tue / eruditōis / virtutum / longo
tempore / specimen dedisses : magno omnium assensu electa es Abbas
Quam dignitatē ita geris / vt relique sacerdotes / ex institutis tuis
viuendi formulā mutuent : Que quum ita essent : quumque audirem pa-
tronū meum / presulem Sixtum / ad te et suauissimā materterā me-
am Appoloniam Tucheram / quē eum apud te magistratum obti-
net : quā apud dictatorem magister equitum : tales subinde mittere
epistolas / quales olim ad Paulam et Eustochiū diuus Hierony-
mus suus : cepi ego quoque iam dudum cogitare : quid nā ad te scri-
berem religione tua et me dignū : quo amicitie tue magis atque ma-
gis insinuarer : et tibi quod de me ingenue sentis et magnifice loqueris
graciam referrem. Occurrerunt mihi autem quedam Epistole nō
Ciceronis / sed ad christi optimi maximi vitam pertinentes Colles-
gi etiā apud ecclesiasticos doctores maxima quedam commoda /
que ex auditione misse et oratiōe pro defunctis assequimur : que om-
nia in vñ libellum redegi : qui vt in iustam magnitudinē exresce-
ret. Subnexa sunt nonnulla alia : ab instituto nostro non aliena / que
vt breui lectione digneris / et boni consulas / te etiam rogo obse-
croque. Vale Bononie Calendis Septembris. Anno salutis Sexto
supra Millesimum quingentesimumque.

Epistola Pilati quondam Hierosolymorum presidis ad Tyberium Cesarem de morte Iesu christi/reperta in antiquissimo Codice.

rololymorum presidis ad Tyberium Cesarem de morte Iesu christi/reperta in antiquissimo Codice.

Pilatus Tyberio Cesari. S.

¶ De Iesu christo/quem tibi plane postremis meis declaraueram nutu tandem populi/acerbum me quasi inuito et subimente. supplicium sumptum est. Virum hercle ita pium et seuerum nulla vnquam etas habuit:neque habitum est. Sed mirus extitit ipsius populi conatus:omniumque scribarum principum et seniorum consensus (suis prophetis/et more nostro Sibillis contra premonentibus) hunc veritatis legatum crucifigere signis etiam supra naturam apparentibus dum penderet. Et orbi vniuerso Philosophorum iudicio lapsum minitantibus: vigent illius discipuli opere et vite continentia magistrum non mentientes:immo in eius nomine beneficentissimi/nisi ego seditionem populi estuantis exoriri pertinuisssem fortasse adhuc nobis ille vir viueret:etsi tue magis dignitatis fide compulsus: quam voluntate mea adductus. Pro viribus non restiterim/sanguinem iustus totius accusationis immunem: verum hominum malignitate iniuncte:in eorum tamen/vt scripture: interpretantur/exitium: pati et venundari. Vale Quinto Calendas Aprilis.

Extat et Epistola Lentuli ad

Cesarem in hunc modum. Lentulus Romanus Iudee preses Tyberio Cesari S.

¶ Apparuit temporibus istis adhuc est homo magne virtutis: nominatus Iesus Christus:qui dicitur a gentibus propheta veritatis:quem eius discipuli vocant filium dei. Suscitans mortuos et sanans omnes languores. Homo quidem stature mediocris et spectabilis Vultum habens amabilem: quem intuentes possint diligere et formidare. Capillos habens coloris nucis auellane premature: et planos fere usque ad aures: ab auribus vero cincinnos: crispas aliquantulum et fulgentiores: ab humeris ventilantes: discrimen habens in medio capitis:iuxta morem nazareorum: frontem planam et serenissimam/cum facie sine ruga et macula aliqua: quam rubor moderatus venustat. Nasi et oris nulla proorsus est reprehensio/capillis concolorem non longam/sed in medio bifurcatam. Aspectum habens

Alij

simplicem et maturum: oculis glaucis varijs et claris existentibus
In increpatione terribilis: in admonitione blandus. Hilaris ser-
uata gravitate: qui nunq̃ ridere visus est: flere autem sic. Instatur
ra corporis prozogatus et rectus: manus habens et brachia visu
delectabilia in colloquio gravis rarus et modestus: speciosus inter
filios hominum.

¶ Hec sola in annalibus Romanorum comperta est.

Est et Epistola regis Abgari.

quam refert Eusebius Cesariensis libro primo. ca. 15. et. 16.

quam quidem Epistolam Eusebius ita se dicit reperisse.

¶ Hec in archinis publicis Edissene ciuitatis: in qua tunc Abga-
rus regnavit/ita descripta reperimus in his chartis/que gesta re-
gis Abgari seruata antiquitus continebant. Et vt euident dicto-
rum veritas fiat: ipsa exemplaria epistolarum ex Siriorū lingua
translata ponemus.

Abgarus Vchanie filius To-

parcha/ Jesu Saluatori bono qui apparuit in locis
Hierosolymorum. S.

¶ Auditum mihi est et de te: et de sanitatibus quas facis sine me-
dicamentis: aut herbis: fiant ista per te: et q̃ verbo tantum facis ce-
cos videre et claudos ambulare: et leprosos mundas: et immuns-
dos spiritus ac demones eijcis. Et eos qui longis egritudinibus
affliguntur curas et sanas: mortuos quoq̃ suscitās: quibus om-
nibus auditis de te/ statui in animo meo vnum esse e duobus: aut
quia tu sis deus et descendis de celo/ vt hec facias: aut quia filius
dei sis/ qui hec facis. Propterea ergo scribens rogauerim te: vt dig-
neris vsq̃ ad me fatigari: et egritudinem meam/ qua iamdiu labo-
ro curare. Nam et illud comperi/ q̃ iudei murmurant aduersum
te/ et volunt tibi in sidiari. Est autem mihi ciuitas parua quidem/
sed honesta: que sufficiat vtriusq̃.

Exemplum rescripti ab Jesu

per Ananiam Cursorem ad Abgarum regem.

¶ Beatus es qui credidisti in me: cum ipse nō videris. Scriptus
est enī de me: quia hi qui me vident/ nō credent in me: et qui non
vident me: ipsi credent et viuent. De eo autem q̃ scripsisti ad me/ vt

veniam ad te: oportet me omnia propter me missus sum hic explere. Et postea q̄ cōplevero: recipi me ad eum: a quo missus sum. cum ergo fuero assumptus: mittā tibi aliquem ex discipulis meis: ut curet egritudinem tuam: et vitam tibi atq; his qui tecum sunt prestat et civitati tue.

Erat autem his epistolis ad:
iunctum etiam hoc lingua Sirioꝝ quod infra scriptum est.

¶ Postea vero q̄ Iesus assumptus est: misit ei Judas/qui et Thomas Thadeum apostolum vnum ex septuaginta: qui Abgarum mirum in modum credentem/perfecte curavit. etc.

¶ Ceterum refert Joannes Catholicon post Damascenum videns Abgarus q̄ presentialiter christum videre nō poterat: pictorem quendam ad Iesum misit: ut imaginem figuraret: et sic ipsum saltem per imaginem conspiceret: quem in facie videre nō poterat. Sed cum ad eum pictor venisset: propter nimium fulgorem: qui ab eius facie procedebat: in eius faciem dare nequibat intendere: nec eam/ut sibi missum erat figurare. Quod cernent dominus/vestimentum lineum ipsius pectoris aspiciens sue faciei imponens/sui ipsius imaginem eidem impressit: ac desideranti regi Abgaro destinavit. Hec autem imago seu effigies aut Veronica/nunc est Genue/in quodam venerabili monasterio et ecclesia sancti Bartholomei de Ermineis.

**Sequuntur utilitates Audisse. Et pri-
mum ait.**

Bernardus.

¶ Missa tanta dignitatis est. qd si homo totum mundum interim
pertransiret: et totam substantiam suam daret in elemosinis: non
tantum proficeret anime/ qd auditio vnius misse deuota. Pos-
simum si homo est sine peccato mortali.

Diuus Hieronymus.

¶ Homines qui in purgatorio torquentur/ pro quibus solet sacer-
dos in missa orare: aut homines orare tenentur infra auditionem
misse/ nullum tormentum sustinent.

Paulus.

¶ Vna oratio capitis plus valet qd oratio omnium membrorum.
Missa enim oratio christi est/ qui caput nostrum est: et nos mem-
bra eius sumus.

Beda.

¶ Mulier pregnant deuote missam audiens/ si illo die parturie-
rit/ sine magno dolore et periculo pariet.

Gregorius et Ambrosius.

¶ Vna missa plus valet in vita/ qd mille post mortem: ad remissio-
nem pene et culpe. et etiam omnium peccatorum plus valet qd ce-
tere orationes.

Gregorius.

¶ Pro qualibet missa vnus homo conuertitur: et vna anima ab-
solvitur a peccatis: et iustus a via rectitudinis non deuiat.

Gregorius.

¶ Pena viuorum et mortuorum relaxatur dum cantatur missa:
precipue illorum pro quibus oratur in speciali

Gregorius.

¶ Audire missam deuote alleviat animas fidelium defunctorum
et remittit peccata viuorum.

Chrysostomus.

¶ Tantum valet celebratio misse: quantum mors christi. Sicut enim mors christi nos redemit a peccatis. Sic celebratio misse ipsam deuote audiendo/soluat a periculis corporis et anime.

Gratianus.

¶ Vociferatio facta in ecclesia / resonantiaque missarum ipsarum animarum purgandarum/omne extinguit incendium.

Mattheus.

¶ Qui interest misse deuote quicquid iustum petit/tunc optinet.

Diuus Hieronymus.

¶ Absque dubio dabit nobis dominus deus illud quod in missa petimus: unde immolata est dei glorificatio. Sanctarum animarum resectio: et humani generis exaltatio. Et sicut sterquilinum seu stercoreum immundicia non inquinat solis radium. Sic sacerdotis vinculum non maculat corporis christi sacramentum.

Ambrosius.

¶ Quicquid homo in die comedit post auditionem misse/magis proficit et conuenit nature quam ante.

Augustinus.

¶ Infra auditionem misse homo non senescit: nec debilitatur: Sicut ex ligno vite Adam non infirmabatur: nec vita eius breuiabatur.

Augustinus.

¶ Videntibus corpus christi: illo die lumen oculorum conseruatur. Et omnia peccata ignorata ei remittuntur. Et illo die subitanea vel mala morte non morietur. Et si casu absque communione decesserit/pro communicato habetur. Et anima ipsius ad infernum non damnabitur.

Augustinus.

¶ Peccator qui interest misse deuote. Si eadem die moriatur contritus de criminibus omnia ecclesiastica sacramenta censetur obtinuisse.

Augustinus.

¶ Si quis deuote audierit missam/non incidit peccatum mortale et venialia remittuntur ei.

Augustinus.

¶ Omnes passus quos facit homo eundo ad missam / ab angelo scribuntur. Et p quolibet passu dñs dabit ei bonum pñium.

Augustinus.

¶ In illa hora visionis corporis christi: diabolus exit de corpore cuiuslibet peccatoris deuote illud aspicientis.

Augustinus.

¶ Celebratio vnius misse tantum valet: qñtum christi passio.

Augustinus.

¶ Qui vadit ad missam: et audierit eam integre et deuote. non deficiet sibi ex illo die cibus corporis necessarius

¶ Ille sunt fere vtilitates quas ex auditiōe misse assequimur / que partim Rome habentur: in conuentu are celi: quem sanctus franciscus tuus incolit partim mea cura annexæ sunt. Verū. quia exempla magis mouent: referam tibi historiā: et ad hanc rem ptinētem quas Eneas Silvius qui in pñficatu pñi secundi nomen sibi indidit: in descriptione Europe cōmemorat his verbis.

¶ Fama est q̄celebris inter Stirienſes / nobilem quempiā fuisse cui sepe in animū ceciderat seipsum laqueo suspendere: id egre ferētem ex docto quodam viro remedia potuisse aduersus eam tentationem: Consiliū datum: pñium vti sacerdotem cōduceret: qui tibi manēti in arce quadam solitario singulis diebus rem diuinā faceret. Paruisse nobilem atq; in annum ferme continuasse: nulla suspendendi cogitatione interueniente. Postremo rogatum a sacerdote / vt pñbytero vicino qui dedicatiōem ecclesie in proximo mōte habiturus esset auxilio esse possit licentiam dedisse / pponentem in animo paulopost sequi et sacris interesse: stetit diu postea nunc vna: nunc altera: causa retentum. deniq; circa meridiem pfectum agresti cuidam in nemore occurrisse / qui rem diuinam in monte peractum esse: populūq; omnem abiisse diceret. Contristatum eo nuncio nobilem infelicem se esse dicētem / q̄ eo die sacrum corpus christi non vidisset. Agrestem cōsolari cepisse venditurum: si vellet nobilis emere premiū / quod interesse diuinis meruisset: sagūtq; nobilis petuisse precij nomine. Venditione facta nobilem nihilominus

nus montem ascendisse atq; orasse in templo. Reuersum autem in proxima arboze suspensum agrestem inuenisse: sed postea diris cogitationibus haud quaq; veratū fuisse. ¶ Quod reliquum est reuerenda mater/ tametsi satis cōpertum habeam/ te cū vniuerso sacro collegio tuo salutem fidelium defunctorū quotidie precari quatenus tamen ad eam oratiōem magis atq; magis incēdaris. Et ego meā tibi beniuolentiā ostendā / cōmemorabo aliquas auctoritates doctorum ad presens negociū ptinentes/ deī subijciā exemplum nec contemnendum: nec a proposito nostro alienum. Et primum ait.

Augustinus.

¶ Ille nimirum sine omni spe celestis patrie moritur et salute qui defunctorum animabus non subuenit/ quorum tandem intercessiōibus nostrum meritum augetur et crescit.

Gregorius

¶ Scio q; defuncti nos accusabunt in iudicio/ qui nō reuelantur suffragio auxilioq; nostro.

Origenes.

¶ Conuenientibus nobis in ecclesiam vt animarum celebrantur suffragia: earum mox extinguntur incendia vniuersa: et minuantur in futurum nostra supplicia.

Celestinus Papa.

¶ Tunc enī rite et veraciter nostrā salutem operamur/ quū defunctorū misericorditer felicib; elemosinis. ⁊ sacrificijs memoramur.

Cassianus.

¶ Sola enim misericordia dei et boninum comes est animarum defunctorum.

Ambrosius.

¶ Omne quod defunctis pietatis impenditur: ad nostram tandem meritum transmutatur.

Beda.

¶ Indignus erit post hanc vitam omnium fidelium suffragio: qui defunctorum immemor fuit in hoc mundo.

Richardus de S. Victore.

¶ Ipsi qui iam de purgatorio erepti celesti assunt gaudio / miro quodammodo interpellunt p. o. his qui defunctis subueniunt in hoc seculo.

Aymo super Cantica.

¶ Iusto dei iudicio eterni damnationi se subijcit: qui defunctorum immemor quantum ad auxilia suffragiaque existit.

Hugo de S. Victore.

¶ Post hanc vitam consolatio denegabitur ei / qui defunctis in hoc seculo minus suffragatur.

Theodorus.

¶ Finito animarum purgandarum supplicio / mox pro salute nostra clamores offerunt deo.

Celestinus.

¶ Misere / Elemosine / Jeiunia / et oratio sancta / purgandarum animarum sola sunt suffragia.

¶ Plura in hanc sententiam cumulare non nisi illa tibi eque ac mihi immo magis quam mihi nota considerem atque perspecta: quare exemplum annectam: quod tale est. Anno a natali Christiano secundo supra millesimum quingentesimumque / in ea septimana / que sacra pascha antecedit: quam christiani sanctam appellamus. Bononie in ede domini Dominici visus est per quietem beatus Vincentius / cuiusdam fratri suo / cuius vita et conuersatio sancta reputabatur: monuitque eum cum prefecto suo agere: is tum erat frater Marcus Pelegrinus Bononiensis: ut una cum fratribus sequentiam. Dies ire dies illa: finit Matutinis ter cantaret. Et cum ventum esset ad eum versiculum. Recordare Iesu bone: illum tertio repeteret: quod ob meritum illius Cantus Christus optimus maximus eo tempore multas animas eorum qui in hac vita predicatorum fautores fuissent atque benefactores ex penis purgatorii extractaturus erat: addiditque ut fratres festum suum: quod tum forte instabat / cum omni solennitate peragerent: quatenus autem prior ei maiorem fidem adhiberet / iussit illi nescio quid secreti conicere. Sequenti die in prandio Prior rem fratribus ordi-

ne exposuit. Et illud secreti hucusq; soli deo et sibi notū fuisse affirmavit: quare ut vsum erat. Sequentia tribus diebus finitis matutinis: que tamen: ex ritu in crepusculo noctis celebrantur (me forte presente) alta voce cantata est.

¶ Sequentia autem etsi omnibus et tibi potissimum nota sit/ tamen ob maiorem cōmoditatem illam subieci. Ego Christophorus Schewrlus.

¶ Dies ire dies illa saluet seculum in fauilla teste David cum Sibilla. Quantus tremor est futurus qñ iudex est vêturus: cūcta stricte discussurus. Tuba mirū sparget sonum p sepulchra regionum coget omnes ante thronū. Mors stupebit et natura qum resurget creatura iudicanti respōsura. Liber scriptus pferetur: in quo totū cōtinetur. vnde mūdus iudicet. Iudex ergo qum sedebit: quicquid latet apparebit: nil inultum remanebit. Quid sum miser tunc dicturus: quem patronam rogaturus: dum vix iustus sit securus. Rex tremende maiestatis: qui saluādo saluas gratis: salua me fons pietatis. Recordare Jesu pie: q sum causa tue vie: ne me p das illa die. Recordare Jesu pie: q sum causa tue vie: ne me p das illa die. Recordare Jesu pie: q sum causa tue vie: ne me per das illa die. Querens me sedisti lassus: redemisti crucē passus: tantus labor non sit cassus. Iuste iudex ultionis: dñi fac remissionis: ante diem ratiōis Ingemisco tanq; reus: culpa rubet vultus meus: supplicanti parce deus. Qui Mariam absoluisti: et latrones exaudisti: mihi quoq; spem dedisti. Preces mee non sunt dignę: sed tu bonus fac benigne ne phenni cremer igne. Inter oues locum presta: et ab hedis me sequestra: statuens in parte dextra. Confutatis maledictis: flammis acribus addictis: voca me cum benedictis. Oro supplex et accliuus cor contritum quasi riuus: gere curam mei finis. Lachrimosa dies illa qua resurget ex fauilla: iudicandus homo reus: huic ergo parce deus. Pie Jesu domine doni eis requiem. Amen.

Ad diuum Christophorum.

Christophore o diuum grandissime vertice maior
Quam fuit ille gigas immensi corporis athlas
Quamq; ciclops fastus sicula Poliphenus mora
Sic animo maiore nites qui corpore prestas
Olli humeris mundum fessi tersere gigantes

Et vetus hercules miratur Roma labores.
Sed tibi nec domitor mundi nec fama Cyclopum
Equatur: vincis cunctos nam teste triumphos
Nam tu orbem dominumq; orbis geris optimus beres:
Helicolum tantiq; oneris et letus honoris
Eminentor victor pelago ripaq; potitus
Non tibi deliciae nec opes aut ardua cordi
Imperio exuto gentili sorde / sed vni
Christicola innixus domino testante probasti
Martyrio inuictus gladio flammisq; tyranni
Pro quo summa data est tibi gloria gracia olympo
Ut correpta leues truculenta membra dolore
Plasma quasi trunca dextram gressusq; regebas
Et que cesa diu patria tellure relicta.
Aruerat speciemq; haste contiq; ferebat
Fronde noua et pomis viruit mirabile visu
Ergo age languentes defende doloribus artus
Has quicumq; pio referat tibi carmine laudes.
¶ Ille habui religiosū et prestantissima mater que hoc tpe ad te
scriberim: que si te boni cōsuluisse audiero / scribam aliquando plā
et his forte meliora. Quicquid preterea studij in me erit / consilij la
boris ingenij hoc totum meq; ipsum tibi ac sacra collegio tuo pol
liceor ac dedica. Tu modo suauissimo patrono meo doctori Sixto
Tuchero: et dño Anthonio eius sapientissimo fratri me vehemen
ter cōmendo / et apud deum pro me intercede. Vale Bononie Cas
lendis Septembris. Anno domini. 1. 15. 6.

Veneroso et prestantissimo dño

Caspari de Salhausen Wismensis ecclesie Canonico et Scho
lastico Georgius Sibutus Poeta et Orator laureatus.

Si mea vena viros debet celebrare probatos
In nostris merito sedem tibi pone libellis
Illustres inter dominos tua gloria magnum
Fere sincera decus: cuncta virtute refulgens
In te perspicui sublimi in pectore mores
Et decus et pietas et sacre munera vite
Cernuntur: procures inter tua fama decusq;

Mostre charta ee mira te laude palestre
Oseruant:forti rector cum principe noster
Te canet in magna dominum virtute probatum
Tota cathedra tibi magnos:dignetur honores
Ipse tui vates vt viuū nominis auctor

Christophoro Scheurlo Iur

ris vtriusq; Doctoz:academie Albiozene Rectori libera
lissimo Georgius Sibutus Poeta et Orator laureatus.

Ex latio nobis venisti nuper ad Albim
Doctrina insignis:vita preclarus honesta
Moribus argutus:forma vt laudatus iachus
Mor tua cum virtus pollebat.cognita nobis
Tota cathedra tuas conata est dicere laudes
Post vbi compositos docto de vertice libros
Effusos legi:patriam mirabar et ortus
Ex te quesivi:dixi Murnberga parentes
Ipsa meos genuit.genuit me Morica tellus
Inde nomen crebris latium me viderat annis
Sed me dux fortis fridericus misit ad Albim
Ecce noui quicq;:sit opus ne:hoc carmine dignum

Christophoro Scheurlo orato

ri facundissimo Rectori Albiozeni gymnasij humanissimo.
Georgius Sibutus.

In latio quondam germane numina gentis
Et nostras laudes scripsisti pollice diuo
Ergo cum geminum venisti ductus ad Albim
Te notum facies: nostris laudaris in oris
Hoc opus in lucem:duce te:mittetur et orbem
Res bona.nec nostris vnq;:conspicua sub oris
At tua vena meis pollet celebranda Lamenis
Ardens et dulcis:diues locuples cumulata
In sacram merito matronam munere crescet
Quam laudas:cuius fratrem tu tollis ad astra
Ne petis vt doctos veniam celebrare quiritas
Aut quoscunq; alios magno quos cernis amore

